UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Inhaltsverzeichnis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-85

Visual Library

NONIVS MARCELLVS DE PROPRIETATE SERMONVM.

Summa capitum quæ in Nonio.

De compendioſa doctrina ad filium. *Cap.* 1.
De honeſtis & nouè veterum dictis. *Cap.*2.
De indiſcretis generibus. *Cap.*3.
De varia ſignificatione ſermonum. *Cap.*4.
Differentiæ nonnullarum dictionum in ſignificato. *Cap.*5.
De impropriis. *Cap.*6.
De contrariis generibus verborum. *Cap.*7.
De mutata declinatione. *Cap.*8.
De numeris & caſibus. *Cap.*9.
De mutatis coniugationibus. *Cap.*10.
De indiſcretis aduerbijs. *Cap.*11.
De doctorum indagine. *Cap.*12.
De genere nauigiorum. *Cap.*13.
De genere veſtimentorum. *Cap.*14.
De generibus vaſorum & poculorum. *Cap.*15.
De genere vel colore veſtimentorum. *Cap.*16.
De genere ciborum & potuum. *Cap.*17.
De genere armorum. *Cap.*18.
De propinquitate. *Cap.*19.

NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBVRIENSIS DE COMPENDIOSA DOCTRINA per litteras ad filium.

Cap. I.

SENIVM eſt tædium, & odium, dictum a ſenectute, quod ſenes omnibus odio ſint, & tædio. Cæcil. Ephæſtione: Tum etiam in ſenectute hoc deputo miſerrimum, Sentire ea ætate, eſſe odioſum ſe alteri. ¶Nam *ætatem malam*, ſenectutem veteres dixerunt. Plaut. Menæ. Conſitus ſum ſenectute, onuſtum gero corpus, vires reliquere, vt ætas mala eſt ergo merx. Accius Amphitryone: An malà ætate mauis malè multari exemplis omnibus? Turpilius Philopatro: Miſerum puto, ſi etiam iſtuc ad malam ætatem acceſſit mali. Pacuuius Peribæa: Parum eſt, quod te ætas malè habet, ni etiam hic ad malam ætatem adiungas cruciatum reticenti. Afranius Vopiſco:

Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas & corpus tenerum & morigeratio.
Hęc ſunt venena formoſarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta inuenit.

¶*Bonam ætatem* quoque dicimus adoleſcentiam, vel iuuentutem. Marcus Tullius de ſenectute: Quod ſi ipſis voluptatibus bona ætas fuitur, lubentius primum paruulis